et vite Mathei viii. Qualis est hic quia ve-
nti et mare obediunt ei etc. Luce
ultimo. Qui fuit vir propheta potens
in omni opere. Secundo adminicula et
sermone quo ad verba. Coram deo et omni
populo quo ad exempla. Fuit etiam visita-
tor noster Luce primo. Visitavit nos
oriens ex alto. In cuius figura di-
citur i Regum xvii. Fratres tuos visi-
tabis si recte agant et cum quibus ordi-
nati sunt disce. Visitator ex offi-
cio et in quantum de vita. Et ideo dicat
si recte agant. Inquirit de fama et co-
niunctorum cum quibus ordinati sunt disce.
Et isti fratres de caritate superna
ideo permittitur. Fratres tuos. Propheta ad
nos visitandos veniens in quantum
de vita invenit in nobis mala opera
Johannis iii. Erant eorum mala opera.
In quantum de fama invenit quod eramus
demonibus associati Job xxx. Frater
fui draconum et socius strucionum etc.
Videmus iste visitator opera sua dis-
solvit i Johannis iii. In hoc apparuit
filius dei ut dissolvat opera dyaboli.
Ipsum dyabolum nobis associatum de
mundo eiciat Johannis xii. Nunc iudi-
cium est mundi nunc princeps huius
mundi eicietur foras etc. Ista autem
nos faciat talis tyrannus sed talis fi-
[illegible] de [illegible] nomen tu-
um scribens nos etc. Sequitur sermo

Et hec vidua erat etc. Sermo [illegible]
Mulier ista de morte filii
sui unici dolebat. Et ideo
lamentabiliter cum flebat. Dolor autem
eius ex triplici causa. Primo ex eo quod
erat mulier et ex eo quod erat mater et
ex eo quod erat vidua mater et ex eo
quod erat unici mater. Primo ergo
sciendum dolor ex eo quod erat mulier
ita valuit cum mulieres magis amant
et magis compatiuntur quam viri ex eo quod
sunt animi mollioris. Sed mulier est
mollior et debilior. Jo 2o phisicorum de libro
de animalibus in omni genere animalium fe-
mine sunt molliores quam masculi
preter ursum et leopardum. Quod autem
inveniuntur aliqui mulieres seva et dura
ut potest dici femina seu ursa et leoparda.
Mulier igitur naturaliter est frigida et hu-
mida. Et ideo debilis et passibilis
et compassibilis. Vir autem naturaliter est ca-
lidus et siccus. Et ideo non sic de fa-
cili patitur nec compatitur. Et ideo de fi-
lii morte et adversitate naturaliter plus
dolet mater quam pater ex eo quod est ma-
gis mollis et compassibilis. In filii autem
honore et sublimitate naturaliter plus
gaudet pater quam mater causa est ma-
gis magnanimus. Unde dicitur
Proverbiorum x. Sapiens filius letificat
patrem. Filius autem stultus est mesticia
matris sue. De filio autem sapiente
et bono pater habet leticiam et gloriam. De fili-
o autem stulto et malo habet tristiciam pater.
Sed immo proverbiorum xvii. Ira patris fi-
lius stultus et dolor matris que genuit
eum. Secundo causa dolor eius ex eo
quod erat mater. Naturaliter enim mater plus
diligit filium quam pater. Et ideo plus
de morte eius dolet. De amissione
cuius eius rei quam maxime diligimus
maxime contristamur. Quare autem mater
plus diligat filium quam pater multe sunt

causæ Prima causa est quia mater ma-
gis habet defectus quam vir. Cum quidem
dum defectus relevatur quod ab ipsa fi-
lii generantur. Unde mulieres viles sunt que
abusum adducunt. Sed pater filios quos
generat diligunt. Et ideo mulieres
post filiorum generationem sunt in suis defec-
tibus relevati. Facies rationis plus
contra diligunt, vehementer amant eos.
Secunda causa est quia illud quod plus la-
boramus plus diligimus. Mater autem
plus laborat circa filios quam pater
sive tempore portandi quam in pariendo quam
circa in educando. Tertia causa est quia illam
rem plus diligimus quam certitudina-
liter novimus et scimus. Mater autem certo
scit quod filium de se generavit. Vir autem
nisi credat tamen certus non est quod sit de suo
semine generatus. Quarta causa est quia illam
rem plus diligimus in qua magis im-
nos habere scimus. Sed sicut plus materie
ponitur de substantia matris in corpore filii
quam de substantia patris. Quinta causa est quia sicut
dicit Augustinus amicicia generatur ex consue-
tudine cohabitandi colloquendi et conspiciendi.
Mater autem cum filiis magis consuevit
cohabitare colloqui et conversari. Quamvis ne-
cessario mater plus diligat filium quam
pater, tamen filius plus amat pa-
trem quam matrem. Et huius ratio est quia
pater est principium effectivum et formale
in filii generatione. Alia est quia filius suc-
cedit in omnibus bonis succedit. Tertia
ratio est quia plus sequitur ventrem quoad
libertatem et servitutem. Ita quod natus de
ancilla matre et libero patre erit ser-
vus. Natus vero de servo patre et libera
matre erit liber. Sed in honoribus ac
immunitatibus et dignitatibus patrem sequitur
precipue, ut si rex contrahat cum aliqua
plebea filius eius natus dignitatem
habet regalem. Filius igitur plus di-
ligit patrem quam matrem tum quia ab
ipso recipit formationem tum quia ab
ipso habet dignitatem et honorem tum quia
ab ipso expectat omnium bonorum suc-
cessionem. Pater tamen et mater plus dili-
gunt filios quam diliguntur a filiis.
Et huius ratio est quia parentes de natura sua
semper dederunt filiis suis corpus ipsius
filii enim parentibus in generatione ni-
hil dederunt. Ideo parentes diligunt
filios suos ut opera sua et carnem
suam et ut membra sua. Videmus enim
quod humor arboris fluit a radice
in ramos non econverso. Sic enim amor
a patre qui est radix magis fluit in
filium tamquam in ramum non econverso.
[illegible] cuius dolor eo
quod erat vidua mater. Vidue enim sepe
decipiuntur quia sunt sine viro consiliato-
re. Unde dicitur Devorant domos
viduarum sub obtentu prolixe orationis.
Sepe molestantur quia sunt sine viro de-
fensore. Opprimunt vidue p
de eorum vero dicitur Defendite
viduam. Sepe sunt in tristicia quia sunt sine
viro consolatore. Et ideo generi et parum
consolationis ubi consolari vellet
vidua nolite consolari, et magis
mundo est omnes consolari Job
Sepe vidue consolatus sum
Religio munda et immaculata a-
pud Deum et patrem hec est visitare pu-
pillos et viduas in tribulatione eorum.
Vidua filios amittere
nolunt debere convenerunt quia vicina
erat eis loco viri consiliantis. Aliquan-
do expedit viduis viro et filiis
carere quia magis libere possunt Deo servi-
re. Unde dicit Paulus
Beata Melania cuius calescente ad-
huc viri corpusculo uno die huma-
vit duos filios perdidit que ad
pedes Domini ad Salvatorem expediciones
verba sua dixit quia
nunc ab his me liberasti. Debet
autem ipse vidue tria fugere. Vinum s

curiositate loquacitate et vanositate
de quibus dicitur i ad Thi v Simul et ociose
se discunt circuire domos non solum
ociose sed verbose et curiose loquentes que
non oportet etc. [illegible] Si per ali
quid bonum [illegible] ut te diabolus
inveniat occupatum. Ezechielis xvi Ecce
hec fuit iniquitas Sodome sororis
tue superbia saturitas panis et
abundantia et ocium. i ad Thi v Vidu
a que in deliciis est vivens mortua
est licet cum sit vivens in corpore tamen
mente mortua est. Dicit enim Augustinus
quod corpus hominis est sicut ferrum in usu
quotidiano quod si exercetur conteritur. Si autem
non exercetur rubigine consumitur. Si
enim corpus nimis ieiuniis et vigiliis
exerceatur debilitate deficit. Si
non corpore marcescit. Melius est at
ipsum laborando [illegible] quam [illegible]
consumere. Item non debet esse verbosa
[illegible] cum verbositas sit reprehensi
bilis in viris precipue tamen in feminis et
maxime in viduis. Nam et in [illegible]
mulieres sunt in aure molles et frigi
des. Et quia in aure cito decipiuntur
[illegible] quod ea que audiunt bene non
discutiunt. Quia non sunt molles [illegible]
ad bonum et ad malum cito flectuntur.
Quia non sunt frigides [illegible]
superantur. Unde diabolus non est aggressus
virum scilicet Adam sed mulierem scilicet Evam
sciens quod mulier facilius decipitur
[illegible] quod est sexus in amore [illegible]
to flectitur [illegible] quod est sexus mollior
et facilius [illegible] quod est sexus
fragilior. Item non debet esse curiosa
quod non debet de domo in domum cir
cuire sed aut in domo manere aut
in ecclesia orare. i ad Thi v Que vere
vidua est et desolata speret in deo
et instet obsecrationibus et orationibus
nocte ac die. Legitur etiam de Anna
[illegible] quod [illegible] annis [illegible]

suo stetit in yeme in nivibus in estate
vero iussit ad loca frigida. Sic vidua
in yeme i. in vita presenti in qua est frigus
pro carencia ignis divini et sufflacione
mali venti i. diabolice temptationis
debet morari in nivibus [illegible] ipse non di
[illegible] nec vagando memor di
ne filie Jacob que [illegible] dicitur
[illegible] amisit vel in nivibus [illegible]
[illegible] ut possit
dicere [illegible] flos campi
vel in nivibus sic [illegible] orationibus [illegible] in
[illegible] quas nunc vidue [illegible]
[illegible] Si non sentit in carne a
liquid malum ardorem [illegible] ad lo
ca frigida sicut et assumat remedia
refrigerativa scilicet maceracionem carnis
[illegible] re
nes meos et cor meum. [illegible]
lacrimas [illegible] extinguitur.
Et tunc potest dicere [illegible]
[illegible] igne et aqua [illegible]
in refrigerium. [illegible]
[illegible] ubi [illegible]
[illegible] Nonne [illegible]
refrigerabit [illegible] Sic et [illegible]
[illegible] quod David [illegible] Quarto debet
[illegible] ecce quod erat vidua [illegible]
non cum alius filius [illegible]
qui ipsam aleret vel nutriret. Hic [illegible]
ad filios spectat scilicet pueros nutire
[illegible] ad quod in decalogo precepto
Exodi xx Honora patrem tuum et
matrem tuam. Et intelligitur non tantum
de honore reverencie sed etiam substan
tie. Et quod plus movet [illegible]
[illegible] in decalogo [illegible]
matre [illegible] Et in vita
obediendo. Luce ii Erat subditus
illis. Et in morte [illegible] ipsam re
commendando [illegible] morte [illegible]
[illegible] Quia non [illegible]
[illegible]
[illegible] addidit duas [illegible]

longevus sit super terram. Et intelligit-
ur tam de terra viventium quam etiam de vi-
ta. Unde quia aliqui sunt domini quos
plus movet comminatio supplicii
quam verba recepta sive promissa, ideo
dominus comminationem fecit dicens Exo-
di xxi: Qui maledixerit patri suo
vel matri morte moriatur. Et intel-
ligitur non tantum de morte temporali sed
etiam de morte eterna. Unde dato quod
deficiant omnia verba recepta, promissa,
comminationes, adhuc inducunt
exempla instinctu nature. Et super hoc Vale-
rius tale exemplum ponit primum, quod
cum quedam mulier nobilis ob quod-
dam flagitium fuisset capitaliter dampna-
ta ut ibi fame deficeret, filia sua
nuper de lactatione mulier ipsam cotti-
die visitabat. Prius tamen a custodi-
bus diligenter scrutabatur ne
aliquid comestibile ei deferret. Illa
non obstante ubere singulis diebus
de lacte proprio matrem alebat. Custodes
mulieris mirantur quod tam diu supervi-
veret, repertum est quod fiebat. Iudex in-
de pietate motus matrem filie
condonavit. Tale secundum Policraticus refert
Valerius de quodam patre grandevo
senex tulit a filia in carcere suste-
ntato. Secundum exemplum ponit dicens quod
quando ciconie senescunt filii parentes
suos in nidis ponunt et velut in
senectute ...... pectus suum colligunt
fovent et nutriunt. Volo colere parentes
suos mori permittat. Tertium
exemplum ponit dicens quod cum domi-
nus rex fines Saracenorum devastasset
invenit cum sacre que de populacio-
ne agrorum et villarum tollerant
sed sepulcrum patrum contingentes tantum
Saracenorum potentiam et vires sentiebant
et ea pro eorum defensione se morti
exponere se pati ... Sermo primus

Dominica xvii

Cum intraret Ihesus
in domum cuiusdam
principis phariseorum sabbato manducare
panem etc. Luce xiiii capitulo. Ihesus
cum sedem glorie deberet tenuisset
in sabbato. Primo ut phariseos qui
ad sabbatum querebant lucri faceret.
Secundo ut in sabbato celesti quieti
dulces in firmitatibus curandis
esse ostenderet. Tertio ut in eodem a se
te contemplationibus per salutem ani-
marum nos subtrahendos esse doceret. Ideo
ad manducandum ad istum principem phari-
seorum intravit non per cibum sed per caritatem
animarum. Ubi etiam ipsum ydro-
picum in corpore in mente sanavit
curavit. Dicitur autem animarum fu-
erunt tamen sed non corpore phariseorum
fuit magis malicia. Corpore autem
ydropica fuit magis miseria cor-
pore non sed fuit magis mina. Ma-
licia autem phariseorum fuit duplex.
Prima in primo malicia eorum fuit in
hoc quod eum observabant. Secundo eorum
malicia erat in hoc quod tacebant.
Tertio eorum malicia erat in hoc quod
plus de animalibus quam de ipsius curabant
curabant. Primo enim malicia pharise-
orum fuit in hoc quod eum observabant
sed videlicet sabbato curaret ut sic pos-
sent eum accusare quod sabbatum solveret. Et
magna malicia quia eum pascebat
insidias ei parabat et eo come-
debat ipsum mordere volebat. Ta-
les sunt multi qui alios pascunt
cibis corporalibus et tamen vexant cor-
poralibus publicorum. Unde Nolite es-
se in comessationibus eorum et carnes
ad vescendum conferunt. Glosa
carnes ad vescendum conferre et in
collatione vicissim verba proferunt

dicit Augustinus v Quod si inebriaris
mordet et comeditis videte ne
ab inuicem consumamini Ille mor
det qui proximum arripit et proximum re
linquit Ille comedit qui accipit
quod sufficiat et reliquum dimittit
Ille consumit qui nichil relinquit
pharisei xpm aliquando mordebant
ipsum in aliquo laudando et in ali
quo reprehendendo Mathei 9 capi
to Quare cum publicanis et pec
catoribus manducat et bibit magister
vester Primum quia magistrum eum vocant
ipsum laudant sed in hoc eum rep
rehendunt quia cum peccatoribus mandu
cabat Aliquando ipsum manduca
bant eius opera peruertendo eo
quod in sabbato ea faciebat Johannis
nono Non est hic homo a deo qui sabba
tum non custodit Aliquando ipsum consu
mebant totam vitam suam co
rrumpendo Mathei xi Ecce homo
vorax et potator vini publica
norum et peccatorum amicus Sunt eciam
multi qui alios in parte
laudant et in parte vituperant isti
mordent Alii sunt qui omnia
bona opera in aliis peruertunt isti
comedunt Alii sunt qui eciam
opera iudicant et intencionem deprau
ant isti consumunt Secundo eorum
malicia in hoc erat quia tacebant
Cum eos dominus interrogaret
an liceat sabbato curare ipsi ta
cuerunt Quia sicut dicit Beda
Quia quicquid dixissent contra seipsos fu
issent Nam si liceret sabbato cura
re quare eum sic xpm obseruab
ant Si non liceret quare pecora
curabant Et igitur isti tacebant
prima

castitas procedebat Sed nonnumquam
et quia aliquando bonum et tacet Aliquando
bonum et videt bonum quandoque et ta
cet aut iste in sapiencia [illegible]
et tacet qui nescit sapiens
et et odiosus qui paratus et ad loquen
dum est et tacet sciens tempus ap
ti temporis Aliquando ignorans Jeronimus
et tacens non sinens simonie loqui
le Aliquando tacet patere Ps Posui
ori meo custodiam cum consisteret
peccator adversum me Aliquando bo
num et videt [illegible] Res
pondetur stulto iuxta stulticiam suam ne
sapiens sibi videatur Et tunc dicit [illegible]
ne videas stulto iuxta stulticiam
suam ne efficiaris ei similis
non et cum videndum stulto stul
te cum discrete et cum pacienter sed
discrete et pacienter Sic eciam phi
losophi maledictoribus se videbant
sapientes Xenocrates cum cuidam
maledicenti sibi ait Vt tu ling
ue tue sic ego aurium mearum
dominus sum Antisthenes eciam cui
dam sibi dicenti homines de te ma
la loquuntur ait Superiori et hoc
pati inferiori dicitur Xenophon
cuidam maledicenti sibi
ait Tu didicisti male dicere ego
autem contra didici maledicta
contempnere Tercio malicia eorum ostendit
erat quia plus de suis animalibus quam
de suis animabus curabant Quod
notatur cum dicit Cuius vestrum asinus
aut bos in puteum cadit Sic
sunt multi prelati qui de iumentis
magnam curam habent de animabus
autem paruam vel nullam Job cum
passus dampnum rerum corporis cum

ciatum et morte [filiorum] tamen non scidit ve
stimenta sua nisi in morte filiorum
nam in dampno rerum audit pa
ciam dicens Dominus dedit Dominus ab
stulit etc. Item in cruciatu ante corporis
audit non tam paciam sed eciam
similitudine magnam tamen dum tam
testa saniem radebat sedens
in sterquilinio. Item in morte eciam filio
rum audit magnam tristiciam. Sed
prelati magis amunt de dampnorum
subtractione de iniuriarum ir
rogacione quam de subditorum
perdicione ~~Ezech.~~ Item prelati clamas
non obedientes immurmurant ob
hoc si prelatum peccantem viderint ne
mo murmurat contra eos. Item
de suo honore solliciti sunt de hono
re autem dei nullus ~~Bern.~~ Item cadit
asina et est qui sublevet perit
anima et non est qui recogitet. Item ad
corporis ydropici sunt magis ma
miseria ydropicus cum enim habe-
dam tres sed miserias que eum
tangunt ~~in glo.~~ scilicet inflacionem
ventris ardorem sitis et exalacionem
fetoris. Primo igitur sed inflacionem ve
ntris per quam signatur superbia ~~Baruc ...~~
Item disrumpet illos inflatos sine vo
ce scilicet deprecacionibus vel excusacionibus
Item dicit disrumpet id est in diversis par
tibus rumpet nam a superiori rum
pet eos malleus divine sentencie qua
dicetur ~~Math. xxv~~ Discedite a
me maledicti etc. ~~Jerem. xxiii~~
Nonne verba mea quasi malleus con
terens petras. Item ab inferiori rumpet
eos malleus voracis iehenne
~~Job xx~~ Ignis et nisi ad consu
macionem devorabit etc. Item ab interiori
rumpet eos malleus consciencie remor
dentis ~~ysaie ult.~~ Vermis eorum non

morietur. Item ab exteriori malleus
percussionis divine quia pravis xix
parata sunt iudicia derisoribus
et mallei percucientes stultorum cor
poribus. Item mirum cum sed dum quidem
non frangitur in consideracione
istorum malleorum ~~Aug.~~ Hec insen
sibilis duricia ad quam confugit
dum leves sunt gravitates mal
lei. Item insensibilis torpor ad
que excitandus [oblati] sunt tam
acuti aculei. Item insensibilis sapor
ad que excitandum tamen et
tam terribile tonitruum. Item ad
ydropicus sed ardorem sitis
per quam intelligitur avaricia. Item ava
rus enim tam ardenter sitit quod
quanto plus bibit tanto plus
bibere cupit ~~Johannis iiii~~ Omnis
qui bibit ex hac aqua sitiet ite
rum ~~Eccle.~~ Item quibus intuitum
est vivere sufficiens abunda
Item non plus sed potest plus sitiunt
quod aque. Item tam ardenter sitit quod
aquam turbidam vel fetidam id est pe
cuniam iniuste acquisitam dulci
or sapit ei ~~Jeremie ii~~ Quid tibi
in via egipti ut bibas aquam
turbidam ~~Proverbiorum xx~~ Item aque
furtive dulciores sunt. Item tam ar
denter sitit quod sanguinem pauperum
bibit ~~Eccli. ult.~~ Panis egenti
um vita pauperis et qui defraudat
illum vir sanguinis est. Item tercium yd
ropicus patitur exalacionem fe
toris per quam intelligitur luxuria quod
eciam fetet coram deo ~~Johelis ii~~ Et
ascendet fetor eius et ascen
det putredo eius quia superbe e
git ~~Genesis xviii~~ Item clamor so
domorum et gomorre multiplicatus

z peccatum corporis agminatum z minus.
Ille autem clamor non z nisi peccato
et fetor. Est autem quidam fetor
tollerabilis qui tamen ex breui re
fetida causatur vel si ex diuersis
rebus tamen leuis z fetor vel si g
uis tamen cito desistit. Quidam autem
ex diuersis rebus fetidis et z fetor
grauis et diuturnus tunc z tamen in
tollerabilis. Fetor vero illorum peccatorum
inhibatur ex multis peccatis ideo dicit
clamor sodomorum et gomorre
multiplicatus z minus. Dicit g
uis valde sub dicitur. Est peccatum corporis a
grauatum z durat minimus et diuit
ius ideo dicit minimus. Talis fetor
fecit deum de celo descendere ideo
subdit descendam et videbo etc. Tanta
quia si aliquis diceret vix si de
mo mea in fetore que senacba
Iste fetor z etiam hodie in mundo
qui quidem causatur ex multis peccatis
~~Osee iiij~~ maledicto et mendacio
et homicidio et furtis inundauit.
Causatur autem ex corporibus plurimorum
animarum putridis ~~[illegible]~~. Ca
dauibus corporum a secunda fetor est
etiam diuturnus quia usque ad mor
tem in immundicijs perseuerauit
~~Johelis i°~~ Computruerunt iumen
ta in stercore suo ~~[illegible]~~ Iumenta
quidem in stercore putrescit z ar
homines in fetore luxurie bitu
mine. Ideo corpore b sunt mag
ma quia non tamen d. Ipse non appre
hensum sanauit eum ac dimisit
tibi [illegible] omnium confessio nunc s. ping
effecto z quia ipsum apprehendit deum
z quia ipsum apprehensum sanauit
Cecus z quia sanatum dimisit. Ho
effectus nunc z quia ipsum apprehendit
peccator cum z in sanabiliter dyabolus
tunc deus ipsum apprehendit qui

ipsum desanabilis eius existit. Job
~~xxix~~ Conterebam molas iniqui et de den
tibus eius auferebam predam. Est istud
maxime facit per contritionem ~~[illegible]~~ a bucca
eius dyabolus z perforatum est, ideo quod peccator
confert moram non exspectendit. Item
in simile Job ~~xl~~ Armilla perforabis
maxillam eius qui corpore illam
semel raptus z demum illa eius
non euaderet si perforata non esset.
Tercius effectus z quia ipsum apprehensum
sanauit. Et hoc fit confessione q
sanatur iniuria peccatorum ~~Jeremie xxx~~
Obducam cicatricem tibi et sanabo
te a vulneribus tuis. Quartus effectus
quia sanatum dimisit. Et hoc fit per
satisfactionem ~~Mathei xviij~~ misertus
dominus serui illius dimisit illum et
omne debitum dimisit illi. Non autem
sufficiat quod opus peccati dimittatur
nisi per contritionem hic et per confessionem
et per satisfactionem ea deleat. Sic dicit
Gregorius in pastorali parte 3 capitulo 31 primo
z quia si quis litteras vel aliquod inst
rumentum falsum scripsit non sufficiat
quod ulterius non scribat ut etiam quod ma
le scripsit deleat. Peccatum cum male
scriptum sit ~~Jeremie xvij~~ Peccatum Jude
scriptum z stilo ferreo et vngue
adamantino etc. Non sufficiat ergo q
quis peccata dimittat nisi per confessionem
et lacrimas abluat vel deleat ~~ps°~~
Lauabo per singulas noctes lectum
meum etc. Bedam ex [illegible] z Unde si
quis aliquam blasphemias dixerit
non sufficiat quod ulterius non dicat vel
de hijs que male dixit peniteat
ut Petrus deum blasphemauit
~~Rom ij~~ Nomen dei blasphematur
per vos inter gentes etc. Non autem
sufficit ut talibus blasphemijs
aliquis desistat vel de hijs que fecerit
in confessione se culpabile reddat

Proverbiorum xviii° Justus prior accusa-
tor est sui. Danielis quarto. Et quia debitor
non absolvitur a debitis que contraxit
pro eo quod alia non multiplicat vel ea
que contraxit persolvat. Quidam enim per-
tinent deo debitores sunt absque
aut debitis absoluta non sunt pro
eo quod alia non superaddunt vel debitis
digne deo persolvunt satisfaciunt. Ad Ro-
manos. Ei autem qui non operatur merces
non imputatur secundum gratiam sed secundum
debitum etc. Sermo ferialis

Et ecce quidam homo ydropicus
erat ante illum etc. Sic-
ut dicit Beda ydropisis est mor-
bus ab aquoso humore vocabu-
lum trahens. Sitit enim ydor aqua
vocatur. Sicut ydropicus quanto magis
humidat humore tanto amplius
sitit. Per ydropisim vero intelligere
possumus sitim sive appetitum divi-
tiarum voluptatum et honorum mundanorum
aut dignitatum. Sed primo videamus
qualiter hec tria sitiuntur. Sicut enim dicitur Pro-
verbiorum xxx. Tria sunt insaciabilia
et quartum infernus os vulve terra que
numquam satiatur aqua. Vel aliter
literam amor mulieris terra sicca.
Per infernum intelligitur superbia per amo-
rem mulieris concupiscentia carnalis per
terram siccantem intelligitur avaricia.
Primo quidem per infernum intelligitur super-
bia. Dicitur enim quod propter superbiam angelorum
primo fuit factus tum quia a superbis
angelis fuit primo possessus. Secundo
quia primo peccatum ibi punitum fuit.
Tertio infernus est primus locus super-
borum. Sicut enim infernus non satia-
tur animabus sic nec superbus satiatur
honoribus. Per amorem mulieris intel-
ligitur concupiscentia carnalis que non
satiatur. Jeronimus. Libido incitata ipsum
relinquit penitudinem et numquam
satiatur et exhausta revocata dum

usu cessat nec ieiunium placet nec
imperium deducat. Per terram siccantem
intelligitur avaricia quia sicut illa non
satiatur aqua sic nec avarus
satiatur pecunia. In morte autem
ostenditur quod sitis istorum sit va-
na nociva et potu mortifero
extinguenda. Est enim ista sitis
vana quia omnia bona mundi
evanescunt. Sicut patet in morte Ale-
xandri qui cum fuisset totius
mundi dominus cupidus et luxuri-
osus. Et cum vas ossium aure-
o fuisset recondita illuc philosophi
diversis mundi partibus advenerunt.
Unus igitur volens ostendere summum
dominum esse vanum ait. Heri non
sufficiebat isti totus mundus
hodie quinque pedum et sepulcrum
continens. Alius volens osten-
dere vanum aurum et argentum dixit
Heri iste faciebat thesauros
de auro hodie aurum thesaurizat
de ipso. Alius volens osten-
dere vanum esse corpus delicatum inter alia
dixit. Heri iste vinciebat iste corpus
suum diversis deliciis hodie co-
meditur a vermibus infinitis. Secundo
ista sitis est nociva. Unde illi qui
sunt in magnis honoribus humili-
antur usque ad infima deiciuntur.
Sicut patet in primo angelo de quo dicitur
Ysaie xiiii. Dicebas in corde
tuo in celum conscendam etc. Et
sequitur. Verumptamen ad infernum de-
traheris. Illi qui sunt in mag-
nis divitiis deveniunt usque
ad ultimam paupertatem sicut patet
Luce xvi in illo divite qui vole-
bat destruere horrea sua et facere
maiora. Illi vero qui pascebat
corpus magnis deliciis deducitur.

usque ad extremam crucem. Sic patet
Luce xvi in divite epulone qui
sitiens non potuit guttam aque. Secundo si-
tis illa in inferno non poterit mortifi-
co extingueri. Nam superbi et tyr-
anni bibent ibi sanguinem hu-
manum qui scilicet de suis et aliorum cor-
poribus fluet. Apoc. xvi. Sanguinem
sanctorum effuderunt et sanguinem dedisti
eis bibere ut digni sunt. Legitur in
cronicis quod Thamaris regina cum
cepisset Cirum regem persarum caput
eius amputari fecit et utrem
plenum sanguine immisit dicens
Sanguinem sitisti sanguinem bibe.
Sic tyrannis et superbis dicetur ut
sanguinem suum bibent qui sanguinem
pauperum sitiverunt. Avari eciam bi-
bent aurum liquefactum unde refert
quidam philosophus quod Nero imperator in
auro liquefacto visus est sic apud
inferos balneare. Et ait videns
se tunc ad boatores dixit veni-
te venale genus hominum et mecum
hic balneamini quia vobis op-
timam partem reservavi. Luxuriosi
ibi bibent fel draconum tamquam
vinum rubeum et venenum aspidum
tamquam vinum album. Deut. xxx-
ii. Fel draconum vinum eorum et ve-
nenum aspidum insanabile. Tercio
quidam vinum inferni effusio-
nem lacrimarum ita quod toti ebri-
erunt. Ysaie xvi. In ebriabo te
lacrima mea etc. Vocat autem la-
crimas cor suas quia [illegible]
provocat eas. Iustus autem dei is-
tam [illegible] sitim aqua spiritus sancti
extinguit. Augustinus. Qui bibit de
flumine paradisi cuius gutta est
maior oceano restat ut in eo
sitis mundi penitus extincta sit.
In paulo enim extinxit omnem
superbiam quia qui prius dicieba-
tur saulus a saule superbo postea
dictus est paulus quia parvulus qui prius
erat lupus factus est postea agnus.
Qui prius sedens in [illegible] sedebat
postea per se mori in avariciam
exponebat. In apostolis et zacheo ex-
tinxit omnem avariciam. Nam
apostoli reliquerunt habita sua et
desideraverunt nunquam. Zacheus largi-
tus est sua et restituit aliena. In
maria magdalena extinxit omnem lu-
xuriam. Et hoc patet in quadam devo-
tissima muliere de qua legitur in vitis
patrum. Que cum ad paupertatem [illegible]
et ambitione [illegible]. Quedam epis-
copus cum videret ad terram corruit
et amarissime flere cepit. Et eo quod
plus erat sollicita placere mundo quam
ipsi deo. Et cum postea oraret visum est
ei quod quedam columba nigerrima
ad eum venisset quam ille accipiens
in aqua dimersit et in candidissi-
mam columbam mox conversa fuit. De-
nique igitur dicit illa lacrimis resolu-
ta ad pedes eius procidit et que prius
peccatrix erat nigerrima postea in la-
crimis baptizata tota facta est candida.
Ipso qualiter ydropisim intelli-
git dimittas delicias et honores
[illegible]. Et qualiter spiritualis ydropi-
cus designat avarum. Secundo quod sic [illegible]
et quod [illegible] et inter prodigum avarum et
cupidum prodigus et in expendendo
qui scilicet omnia dissipat et consumit.
Sicut legitur manus perforatas quod inces-
santer retinere in epulis et in luxuri-
is cuncta expendit. Iacobi v.
Epulati estis in luxuriis cuncta
corda vestra. Prius enim dicit epulati estis
et postea dicit luxuriati. Quia sicut
ait dicit Iero. Venter mero estuans ci-
to despumat in luxuriam et in libi-
dinem. Et hic sub est. Cum cor-
da vestra. Quoniam cum mente corda
qui scilicet sunt in immundis cogitacionibus
Quoniam ora scilicet qui sunt lascivas

locutiones. Non debemus igitur corda
nec ora nec corpora in luxuriis
emittere sed potius effugere. Et ad
~~Cor. vi~~ Fugite fornicationem. Luxu
ria cum melius vincatur fuga quam
resistencia. Unde dicit in policratico
quod Julius Cesar dicebat: In
bello corpora gladiis in pace a vo
luptatibus vulnerari oportet. Et sub
ditur: Vicerat senem triumpha
tor voluptatem nullo tamen sinale
superare quam fuga eo quod ipsum qui gen
tes domuerat venereis nexibus
innodavit illa impudica. Avaricia
autem est in retinendo qui se omnia re
tinet et nichil dimittat. Iste est ma
nus contractus ~~Ecc.~~ Est qui
locupletatur per agendo et hec
pars mercedis illius. Et dicit: Ve
ni requiesce anima manducabo
de bonis meis. Plus continet quod
tempus portat illa et mortis agnu
quam relinquit omnia aliis
immo etiam aliqui in terra sicut avari
qui nec etiam manducare audent. Am
~~brosius~~ in libro de vinea Nabuthe
Novi ego divitem quod volebat or
reum obsignatum aperire ne quid
de dito minueretur. Pauperis singu
dici deputabatur nisi famem vix
sinare possit. Compti cadaver fi
de si aliquid cibi esset appositum
conqueri quod prolixus esset. Cu
pidus est in acquirendo qui se nimis
ardenter cupit. Iste est manus
apertus quia ab omnibus vult capere
per et omnes expoliare. Unde dicitur
~~Ecc. iiii~~ Non sit porrecta ma
nus tua ad accipiendum et ad
dandum collecta. Talis paratur fa
meni canine per similitudinem paratur
tur ut canes. Canis cum enim vi
det aliquem os comedentem contra eum la
trat nisi ei id prebeat. Et postquam

iam habuit ideo non dimittit sed
nec aliquem comedentem ibi videre
Quo comesto statim ad alia su
spensus anhelat. Sic sunt multi
tyranni qui contra subditos commit
tunt nisi omnia eis exponant.
Et postquam eis exposuerint totali
ter eos expoliant aut violenter vel
fraudulenter quibus spoliatis mox
ad alios spoliandos se convertunt. ~~Ecc.
xiii~~ Dives iniuste agit et fremet,
bit pauper autem lesus tacebit. Et
ex quantitas (?) demum sub ditur: Si ha
bes convivet tecum et evacuabit te
Et non condolebit. Et confundet te in
cibis suis donec exinaniat te
bis atque ter. Item expoliator
patet igitur quod avarus sive cupi
dus non sanatur quod primo exemplo os
tendi potest primum est istud. Si aliquis nat
de sitiret et ideo aqua effunderet in doli
o et nichil in stomacho, ex hoc sitis
eius non extingueretur sed potius
augmentaretur. Cupiditas enim ava
ri est quedam sitis aque sicut divi
tie sed ista sedari non potest quia cupi
ditas est in anima et divitie sunt in ar
cha ~~Johannis iiii~~ Omnis qui bibit
ex aqua hac sitiet iterum. Secundum exemplum
tale est. Si esset aliquis magnus
ignis quanto plus ibi ligna po
nuntur tanto plus ignis inflam
matur. Et quanto magis diminuitur
tanto magis remittitur. Cupiditas
avari est quidam ignis ligna sunt
ipse divitie. Quanto igitur multiplicantur
divitie tanto magis cupi
ditas augetur. Et quanto plus dimi
nuitur tanto plus remittitur. ~~Eccle
siastici~~ Secundum ligna silve sic ig
nis exardescit. ~~Gregorius~~ in moralibus:
Avaricia in desideratis rebus non
extinguitur sed augetur. Ita more
ignis cum ligna que consumit
acceperit exarsit. ~~Item~~ Item ex hoc est

tale si quis vellet implere situlam
sapientia stultus esset quia sapientia tamen
situla nullam convenientiam habent
ad sapientiam sit res spiritualis et situ
la res materialis Secundo stultus
est qui vult implere archam pecunia
ad nullam convenientiam habent ad in
vicem Quia anima est res spiritualis
et pecunia est res materialis materia
lis Et anima impleri potest sapientia
et archa pecunia Et tunc bene
conveniunt Ecclesiastici Tertius autem
est sicut templo dei ad idolo Templum
dei est anima Ad Corinthios vi Et Eph. eius
templum dei sumus Et idolum avaritia
in idolorum servitus Ista ergo duo s.
anima quae est templum dei et idolum q
et idolum avaritiae convenire non possunt
Matthaei vi Et tale si quis vel
let implere orbem amplissimum ad
hunc granno nullus stultior esset Licet
enim amplissimum est ac appetitus
qui totus mundus est augustus
et velud granum nihil reputatur
Si enim totum mundum possideret a
varus adhuc alium mundum a
peteret Quo habito adhuc alium
affectaret Et sic quasi in infinitum
se appetitus extenderet Solus
ergo deus qui est maior est ac
appetitu ipsius appetitum implere
potest Augustinus in libro confessionum Fecisti
sti nos domine ad te et inquietum est
cor meum donec requiescat in te
Omnis copia quae deus meus non
est egestas mihi est Pro Quia replet
in bonis desiderium tuum Primo tamen

Cum vocati fuissent ad nup
tias etc. Augustinus Humilitas
saepe ad humilitatem nos
inducat et reducat sicut ostendit
quod nullus potest venire ad nuptias
aeternae felicitatis nisi discumbat in lo
co humilitatis Quia cum vult dis
cumbere in loco celsitudinis dat locum

illi qui discubuit in loco humilitatis
nam Lucifer in loco primo se posu
it ideo dedit locum Christo qui se posu
it in loco novissimo Sicut etiam se
posuit in loco alto ideo dedit loc
um agni quae posuit se in loco in
fimo Dives sedit in loco primo
loco ideo dedit locum Lazaro sedenti
in sterquilinio Ideo dicit dominus Cum
vocatus fueris ad nuptias non discu
bas in primo loco etc. Ubi videndum est
duo Primo quae sunt istae nuptiae Secundo
quae sit ista via veniendi ad istas
nuptias Circa primum notandum quod sunt quaedam
nuptiae spirituales Et quaedam caelestes
Spirituales sunt quas facit dominus cum
tamen anima in thalamo conscientiae De quibus
dicitur Apocalypsis xix Venerunt nuptiae ag
ni et uxor agni praeparavit se etc. Iusti
cum quod dicitur uxor agni notatur felix
conventio Iusti huic autem quod dicitur praeparavit se
notatur praeambula dispositio Iustis non
quod dicitur nuptiae notatur festiva epulatio
Sicut autem ad conventionem sit perfusam
et dilectionem Sic conventione pervenit quis
bonum s. bonum fidei bonum prolis et
bonum sacramenti Primo cum dicitur ibi est
bonum fidei Nam bonum fidei est ubi
nec dyscam adulterii suscipiunt Contra
cum ne conscientiae est Augustinus Et ideo
deus et diabolus non possunt ibi regnare
Et psalmista anima est et Christum Et
ideo deum et mundum non possunt copulare
nuptiae Eorum Conjugatam est sen
tium istud ut alter accidat et palam
Sicut necesse opum non potest Secundo dicitur
de nuptiis bonum Iustus in hac disposi
tione est in consensu tamen et suscepisti ad
ulterium Habet dicitur et ubi bonum prolis
ut s. sponsa Christo pro operibus se exhibeat
At Ad Thimotheum ii Salvabitur autem per
filiorum generationem i. per bonorum operum
productionem Augustinus Ad Urbanum Et et
liberior fecundior est fertilitas non
velit generare Sed velit generare
non castitate pastore Sed corde castitate

357

non discumbunt tamen sed aliis ordinibus p(er)
tinere. Ratio quia ibi est bonum sacramen
ti ut inter sponsum et sponsam dimissi
o numquam fiet. Sicut enim in matrimonio
corporali est quedam unio animorum consensu animorum
alia secundum permixtionem corporum. Et ita
secundum in dividua inhabitatione am
borum. Sic est in isto matrimonio spiritu
ali. Christus nobis copulatur et parvitate
~~feminae etc.~~ ingratitudine. Propterea
dilexi te non attraxi te miserans etc.
pue conformatur ~~ad Hebr. 2o~~ numquam
angelos apprehendit sed semen Abrahe
apprehendit. Et per inseparabilitatem ~~Matt.
ult.~~ Ecce ego vobiscum sum omnibus die
bus etc. Habemus sed est in istis nuptiis
paranimpha disposita. Ideo dicitur Mat-
thei. Ista autem propterea in tribus consistit. Pri
mo cum sponsus vult sibi sponsam co
pulare ~~pe~~ Convenit secundum eius dilec-
tionem etc. Secundo sponsam pacificam. Quia sicut
dicitur ~~Proverbiorum xxi~~ Melius est sedere
in angulo domatis quam cum muli
ere litigiosa in domo communi. Isti liti
giosi sunt superbi Proverbiorum [illegible]
superbos semper iurgia sunt. Tertio vult etiam
sibi amori suo sponsam totaliter in
tentam ~~Canticorum ii~~ Dilectus meus
mihi et ego illi etc. Ergo sponsa i.e. que cum non
est pulcre per conservare puritatem. Vel que
non est pacifica per similitatem vel que
non est tota intenta per caritatem. Ad eius
nuptias non meretur admitti. Ideo
fatue virgines non fuerunt admisse
quia non habuerunt oleum i.e. nitorem
et suavitatem conscientie ut habetur ~~Matt. xxv~~
Illi qui volunt sedere in loco novis
simo humilitatis sed in primo superbie
expelluntur cum rubore ut dicitur Luce
Illi non qui non habent vestem nuptia
lem i.e. dei et proximi caritatem sibi
de nuptiis expelluntur. Sic patet ~~Matt.
xxii~~ Ratio in isto matrimonio spi
rituali et festiva epulacio ubi dicitur
venerunt nuptie agni etc. Et ista
epulacio habet fieri per ordinem. Isto tamen cibo

gustu non pascuntur. Nam illi qui habent
[illegible] sumpserunt. Primum sit puritate mi
tibi. Dolor tranquilli et amore cele
stium serviendi et audiendi. Habetur et quod
filii Israel non potuerunt recipere manna
nisi prius exirent de Egypto et nisi p(ri)
us consumerent massam Egypti. Et nisi
eis prius deficeret farina Egypti.
Qui igitur vult pasci manna divine
gratie oportet quod sit puritate mundatus. Et
habetur exiit de Egypto i.e. de tenebrosi
tate peccati. Deus enim non pascit
animam tenebrosam aut nigram sed
puram et mundam ut supra i.e. ~~pe~~
Et pullis corvorum invocantibus
eum dicit ~~[illegible]~~ quod pulli corvorum
quam diu habent plumas albas
a corvis parentibus tamquam degeneres
relinquuntur et tunc celitus pascuntur.
Quando autem corpus plume nigrescere
ceperint tunc a corvis candidis
pascuntur et nutriuntur. Sic ergo Deus
animam que habet mundiciam conscientie pa
scit rore gratie. Cum non habet nigre
dinem peccatorum pascitur a elementibus
candidis in mundiciam. Secundo oportet
quod sit mente tranquillus. Et habetur et
tunc [illegible] Egypti ~~[illegible]~~ cum [illegible] et
in [illegible] surgit illos qui diversis
angustiis et tribulationibus [illegible]
[illegible] ~~[illegible]~~ Propter quod ma
ne [illegible] quod quiescere non potest
in cordibus eorum tribulationibus Deus habi
tare non potest per ordinem quod [illegible] et
non ~~[illegible]~~ ubi dicitur Et ecce
Deus transit et spiritus grandis et fortis
subvertens montes. Et sequitur non in
spiritu Deus sed post spiritum commotio non
in commotione Dominus sed post commotionem
ignis non in igne Dominus sed post ig
nem sibilus aure tenuis et et
ce ibi Dominus non et igitur Deus in spiritu
subvertente nec etiam in commo
tione persequente nec in igne concupi
scentie sed in sibilo devocionis

Ita cum sit que faciunt cor inquie-
tum scilicet superbia. Et iste est spiritus
grandis et fortis subvertens mon-
tes. Secundum est avaricia. Tercium est
carnalitas que mentem sollicitudi-
nibus inquietat. Dauid: est unitu-
dinia tercium est ignis. Deus enim
non est in corde superbo nec ava-
ro nec invidi sed in corde ubi
est sibillus aure tenuis. Sibillus
enim lenis delectatione amaro non sit
refrigerare. Secundo aure tenuis
lenis alleviare possibilis enim inter-
humilitas quia sibillus equos
mitigat et catulos instigat.
Sic et humilitas mentes elatas
tranquillat et demones irritat.
Paupertas significat mansuetudo que ig-
nem iracundie refrigerat et extin-
guit. Paupertas tenuem significat pa-
upertas que animam alleviat ab
oneribus sollicitudinum. Deus
igitur habitat ubi est sibillus aure
tenuis id est ubi invenit humilita-
tem mansuetudinem et paupertatem.
Tercio ostendit quod sit celestis amoris a-
vidus. Et hoc est abicere farinam
egipti quam diu enim homo delectatur
cura mundana non potest amare ce-
lestia. Farina enim in quantum est fa-
rina est alba sed in quantum est farina
egipti est tenebrosa. Anima delec-
tatio mundana videtur esse pul-
cra sed in veritate facit obs-
curam. Lc. delectatur animum
quod aquila pullos quos ad ter-
ram respicere conspicit tamquam de-
generes abicit quos non adul-
terinos tamquam proprios nutrit. Anima
deus nutrit cibo sue gratie non
nutrit illos quos amant terre-
na sed quos videt desiderare
celestia ~~...~~ delicata et divina
consolacione dulcedo datur admirabilibus

aliena. Secundum impetus celestes de
quibus dicit ~~apostolus~~. Hec quod ad
certa impetratur agni vocati sunt.
Ille autem impetus est refectio visio-
nis divine ubi erit plena satie-
tas. Io. dicit: impetus in impetus
cum convenerint omnia humana
sunt dulcis aviditas. Io. dicit: agni
qui sunt carnes delectabiles est
eterna securitas. Io. dicit: cena que
nullum aliud gaudium illi sunt dicit.
Saturitas autem parit fastidium fa-
mes sive aviditas est pena du-
bitatio ne elevata deficiat habet
timorem. Ideo deus posuit famem
sine aviditate in satietate ne
satietas faciat fastidium posuit
satietatem in fame ne fames ha-
beat penam. Posuit securitatem
in utroque ne dubitatio habeat
timorem ~~...~~. Qui edunt
me ecce satietas/ adhuc esurient
ecce aviditas. Qui audit me
non confundetur ecce securitas. Secundo
videndum est que sit via veniendi
ad istas impetus. Et dicendum quod est
humilitas quod non ad dicit vade re-
cumbe in novissimo loco. Humili-
tas enim meretur gaudium quod est venien-
di ad nuptias celestes. Quanto enim
quis humilior tanto in gloria exal-
tatur maior. Et hoc potest ostendi per ex-
emplum triplex et in pupilla. Anima sic
dicit Gregorius pupilla enim quanto est
nigrior tanto lucidior sic homo
quanto magis nigrescit in conspectu su-
o tanto magis lucescit in conspectu dei
et hic per gratiam et in futuro per gloriam. Se-
cundo est in candela que quanto ma-
gis inclinatur tanto maiori luce
perfunditur. Sic homo quanto magis declina-
tur humilitate tanto maiori lumine
gratie et glorie repletur. Tercium est in
aqua que quanto magis descendit de-
orsum tanto magis ascendit sur-
sum. Sic et homo quanto magis descendit

humiliamus seipsum tanto plus as-
cendit ad celum. Augustinus: descendi-
te ut ascendatis ad celum, accendi-
tis cum ascenderitis contra Deum. Cor-
dis et in corde. Alia cum habea-
t magnum cor in quantitate est timi-
da sicut patet in cervo et in asino.
Habencia autem cor medium est au-
dacia sicut patet in cane. Habencia au-
tem cor parvum est audacissima sicut patet
in leone. Similiter cum quis ignis
magnam domum parum calefaciat,
mediocrem magis, sed parvam maxime.
Sic eciam accidit de calore spiritus
in magno et mediocri et parvo cor-
de. Sic id est quanto cor est minus in quanti-
tate tanto fortius in virtute. Sic
et iste quanto fuit humilior tanto erit
in celi gaudio et in gloria sublimior etc.

Dominica xviii sermo primus etc.

Audientes pharisei quod Ihesus silencium
imposuisset saduceis convenerunt
in unum etc. Math. xxii. Sicut dicitur
in historia scolastica tres secte e-
rant inter iudeos ab aliis differentes,
scilicet pharisei, saducei et esseni. Pharisei
autem ab aliis divisi erant quantum
ad habitum, quia in fronte et in bra-
chiis cartas in quibus decalogus
scriptus erat portabant, quas philate-
rias dicebant a philaze, quod est servare,
et torath, quod sonat legem. Habebant
eciam in fimbriis palliorum spinas
alligatas quibus puncti dum in-
cederent memores fierent mandato-
rum Dei. Et quia sic ab aliis divisi e-
rant pharisei a phares, quod est divi-
sio, dicebantur. Alii erant saducei
qui ab aliis differebant quantum
ad doctrinam, quia resurrectionem ne-
gabant, animas cum corporibus mo-
ri credebant. Et quinque libros mo-
ysi solum recipiebant. Alii erant
esseni qui ab aliis differebant in
modo vivendi, quia sicut monasti-
cam vitam ducebant, quia coniugia vi-
tabant, omnia in communi habebant.
De duabus autem primis sectis
in isto ewangelio mencio habetur. Notandum
autem quod in isto primo ewangelio tres
questiones ponuntur: prima et quam fe-
cerunt saducei, secunda et quam fece-
runt pharisei, tercia et quam fecit Christus.
Prima quidem questio et quam fecerunt
saducei et si hic tamen non ponatur,
tamen hic tangitur cum dicitur quod Ihesus
imposuisset silencium saduceis.
Ipsi enim saducei volebant pro-
bare per mulierem septem ~~fratrum~~ fratrum re-
surrectionem non esse. Quia si re-
surget, tunc talis mulier septem vi-
ros haberet. Sed Christus per suam responsionem
silencium imposuit eis. Et tamen de-
terminavit primo quod in alia vita
nulla erunt coniugia. Unde ait: In
resurrectione neque nubent neque
nubentur. Secundo determinavit quod homines
erunt angelis similes et equales.
Unde subdit: Sed erunt sicut angeli
Dei in celo. Tercio determinavit quod
anime post mortem corporis vivunt,
dicens: Non est Deus mortuorum sed
vivencium etc. Primo determinavit
quod in alia vita nulla erunt coniu-
gia. Unde ait: In resurrectione neque
nubent neque nubentur. Et racio huius
est: ~~tunc vero~~ neque ultra mori
poterunt. Quia cum in hac vita
multi moriuntur, ideo multi nas-
cuntur. Ubi cum nullus moritur, non est
necesse quod aliquis nascatur. Est enim
humana generacio sicut arbor. ~~Est~~
unus. Omnis caro sicut fenum vere-
nascitur et sicut folium fructificans in
arbore viridi alia generantur et ali-
a decidunt. Sic generacio carnis et
sanguinis alia finitur et alia nas-
citur. Est enim sicut unum vir dicit.

in quadam glo(sa) in fine Eccl(esiastici) in numero
qui fit quando lapides latent ista
ad exteriores deducuntur. Et sic eciam
in numero alia adequantur. Sic eci-
am et in numeris ita latent homines
antequam nascantur, postea autem nas-
cuntur homines certo suo tempore mo-
riuntur et tandem omnia adequantur
quia uno fine omnes clauduntur. Quo-
dam estimauit quod homines erunt sicut
angelis et equales eis subditi quia
erunt sicut angeli dei in celo. Et Lu-
ce xx c(apitulo). Equales enim angelis
sunt homines eciam respectu angelorum
possunt dici minores equales et ma-
iores. Minores in quantum adhuc
sunt in carne mortali. Ita sicut dicit
Aug(ustinus). Sic aurum corruptum melius
est quam argentum incorruptum et argen-
tum corruptum melius est quam plum-
bum incorruptum. Sic eciam corrup-
tus quilibet spiritus melius est quam
incorruptum corpus. Cum dicit cum
simus in carne corruptibili ange-
li nobis comparantur et insunt no-
bis. Post resurreccionem autem homines
angelis erunt equales in officio
laudandi deum quia collaudabunt
deum angelis coniuncti. ps(almo) Preue-
nerunt principes coniuncti psallentibus
et Job xxxviii Ubi eras cum me
laudarent astra matutina et an-
geli iubilarent omnes filii dei et ce-
tera. Erunt autem homines angelis
maiores in quantum habebunt deum tam-
quam fratrem suum. Et in quantum habebunt
beatitudinem in visitacione humani- "visione
tatis et in contemplacione diuinitatis.
Angeli non habebunt tantum in contem-
placione diuinitatis. Ad ista autem
significanda in iii Reg(um) legitur de an-
gelis quos Salomon in oracu-
lo fecit primo quod erant de ligno
oliuarum. Secundo quod habebat alas ex-
pansas. Per ista duo significabatur
quod in quantum homines sunt eis minores

incorruptibiles sunt eis comparabiles.
Hoc significat quod erat de ligno oliuarum
quod pati sunt eis imparare (?). Hoc signifi-
cat quod habebat alas expansas. Tercio
legitur quod habebat pedes obliquos et
eleuatos ad modum iubilancium ad
innuendum quod sunt socii hominibus ad
laudandum deum. Quarto legitur quod vultibus
mutuis sunt in mutuo respiciebat hoc
significat quod semper erunt amici (?). Nam quando (?)
tam dona (?) in unitate persone esse-
bunt. Quidam estimauerunt quod anime post
mortem corporis viuunt dicentes Non
est deus mortuorum sed viuorum. Istud
eciam gentiles philosophi crediderunt sicut
ait Aug(ustinus) in libro de ciuitate dei.
Theobrotus lecto Platonis libro
ubi de anima immortali disputat
sese precipitem dedit de muro ut ex
hac vita migraret ad eam quam
credebat esse meliorem. Sic autem dicit
glo(sa) probans eternitatem animarum Christus
consequenter probat resurreccionem corporum
per que anime vel bona vel mala
gesserunt. Vadit quo qui sciunt per ista
ipsi vo(?). Ita nulla quesierunt sed
vincens temptantes quesiuit deus
angelicus (?) et mandatum magnum in lege
corpus (?). Conuenerunt pharisei in unum ut
multitudine vincerent quem racione
superare non poterant. Abscuntur (?)
...des sunt et professi sunt qui ueritate se ar-
mauerunt. Dicebat enim apud se
unus loquatur pro omnibus et omnes loquantur
unus per unum ut si quid vicerit
omnes vicisse videantur. Si victus
non fuerit solus victus esse confusus.
Idem agere eciam voluit et discipuli
uolunt et de magno mandato
interrogat qui nec minimum ob-
seruat. Ille ergo interrogat de mando (?)
in magna qui nec minora imple-
uit. Ad istam questionem videtur duos dicens (?)

Diliges dominum deum tuum etc. Exponitur
Non dixit time vel cognosce sed di-
lige. timere inquit est servorum, diligere
nostrorum filiorum. Qui timet ut penam
evadat non sed vitat iusticiam. Non
dixit etiam cognosce sed dilige. Co-
gnoscere inquit demones possunt et non
amare. Diligere autem est religiosi
recti cordis. Iuxta autem preceptum de
dilectione ostendit duos modos diligendi
deum. Primo cum dicit ex toto
corde tuo etc. In anima enim est memo-
ria intelligentia et voluntas. Se-
cundum Augustinum debes diligere deum ex toto
corde id est intellectu sine errore. Sed quia
fides sine operibus mortua est, ideo
debes diligere ex tota anima id est voluntate
sine contradictione ut in preceptis dei
voluntatem suam ponat et ei propria
non contradicat. Iuxta quod duobus debes
perseverare ideo subdit ex tota mente
tua id est memoria sine oblivione.
Secundum exponitur. Diliges dominum ex toto
corde et ut cor unum non sit inclina-
tum ad aliquam rem dilectam magis
quam dei, propterea cum in qualibet parte cor-
dium fiat ad aliquam rem propriam
parte minus et ad deum. Diliges ex
tota anima et animo sine fictione in sim-
plicitate. Dei qui igitur in quod de eo
dubitare cepit vel in incantationes
vel divinatores aliquos male credi-
derit ille non in tota anima diligit de-
um. Diligere autem deum ex tota mente
et ut omnes sensus vacent in obse-
quium dei. Unde subdit Augustinus anima
intellectus deo inserviat, omnis sapien-
tia deo vacet omnis scientia deum et
omnis cogitatio ea que dei sunt tractet
omnis memoria ea que sunt deo recor-
detur. Tunc mente diligit deum. Item
ponit duos modos diligendi. Primo
cum ait ex toto tuo sicut te ipsum
